



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1842**

V. Markgraf Johann vereignet dem Thidekin von Wartenberg einige Hufen zu Promcelin und Robelin behufs Errichtung eines Altares am letztern Orte, im Jahre 1316.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](#)

**IV.** Die von Karstedt verkaufen der Marienbrüderschaft in Perleberg einige Besitzungen zu Premslin und Glouecin, im Jahre 1315.

Nouerint vniuersi quibus exhibebitur presens scriptum, quod Nos Reynoldus et hermannus fratres dicti de karstede, filii quondam hermanni dicti de karstede, vendidimus gylde Beate virginis in Perleberg VI choros redditum colligendos de curiis annotatis cum iure omnigeno, videlicet cum Censu et pactu et cum decima minuta et iudicio infra eas, De curia vidue dicte stefowesche sita in villa premflin II. choros De curia hakonis sita in glouecin II. choros De curia Ricboden in premflin I choros De curia Warnowe I choros ibidem, promittentes eidem gylde bona huiusmodi non esse dotalicia sed penitus libera et ab omni infestatione et inquietudine absoluta. Si quis in posterum ipsa in petitione aliqua irritaret, illud nos extricare et dissoluere tenebimus propriis laboribus et expensis, ad dentes quod a festo Beati Martini proxime uenturo ad annum jus proprietatis super quatuor choros de dictis curiis tollendis seilicet de curia vidue predicte stefowesche in premflin ac de curia hakonis in glouecin a domino Marchione optinere debeamus; quod si fecerimus ex tunc alias duos choros fitos in curia Ricboden et curia Warnow nostro nutui referuamus. Hoc vero perficere seu ordinare si nequuerimus infra tempus prenotatum, exinde dicta ghylda prefatos VI choros iure proprietatis perpetue conseruabit, quos resignabimus ad conferendum in presentia domini Marchionis. Qui si sepedicte ghylda eadem bona conferre recusaret ex hinc euicunque viro ydoneo vendita fuerint, debemus fine obstatculo quolibet resignare. Medio vero tempore ante huius proprietatis acquisitionem si exigetur, ut bona prehabita vni uel duobus conferremus, hec faciemus animo gratuito quoisque ea postulauerint ex integro resignari. Pro quibus omnibus faciendis et inuiolabiliter obseruandis nobiscum subscripte persone data sive ad manus consulum ciuitatis perlebergh manu parili compromittunt videlicet Dominus henricus de karstede miles, Reynoldus et fredericus filii eius, henricus granzowe, hermannus pinnowe, filius frederici de pinnowe. In huius rei testimonium presens scriptum sigillo patruelis nostri domini henrici de karstede pariter et nostro duximus muniendum promittentes ad firmitudinem ampliorem ut sigillum consulum apponatur. Testes sunt Theodericus dypecole, henricus de stendal, Theodericus norman, Johannes Ricbode, Gherardus de kartana, Reynerus fartner, henricus de noua domo, arnoldus de Renten, Gherardus luscus, henricus radolphi et quam plures alii sive digni. Actum et datum perleberg anno Domini M° CCC° XV° in die purificationis marie.

Nach dem Original des Perleberger Kirchenarchives, darunter noch ein ziemlich gut erhaltenes von Karstedtsches Siegel befindlich.

**V.** Markgraf Johann vereignet dem Thidekin von Wartenberg einige Husen zu Promcelin und Nobelin behufs Errichtung eines Altares am letzten Orte, im Jahre 1316.

In nomine domini omnibus in perpetuum amen. Nos iohannes dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio presentibus protestamur quod bona deliberacione confilioque maturo fideli nostro viro Thidekino de wardenbergch vendidimus rationabiliter atque rite proprietatem supra III mansos in villa promcelin fitos, quorum quilibet soluit debito pacto unum choros filiginis et duos solidos censuales et in villa nobelin tres mansos soluentes summatum duos choros cum dimidio filiginis et duos solidos censuales mansus quilibet, in simili proprietate, quemadmodum actenus nos habuimus omni iure. Pro hu-

iusmodi singulis mansis quinque marcas argenti nobis per solunt et tribuit prehabitus Thidekinus ita quod prefatis bonis poterit in villa nobelin dotare altare aliquod fundare aut pro suo arbitrio alias vbicunque, nichil omnibus tubiungentes, quod sepedictus Thidekinus vel sui heredes aut post ipsorum obitum senior de progenie illorum de Wardenbergh debet conferre tale altare ydoneo facydoti perpetue cum vacare contingeret tempore procedente. In huius rei testimonium prefens scriptum nostri sigilli munimine inviolabiliter roboratur. Testes huius sunt dominus Slothekinus tunc temporis nostre curie dapifer, dominus hermannus de Luchow noster capellanus, dominus Wernerus plebanus in Lenzin et nobilis comes Hinricus de Luchow, dominus hagenow miles, Nycolaus de weyde miles, Reynerus karstedt, Ghodeke de Brizic et alii fideli digni. Datum Berlin anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XVI<sup>o</sup>. in rogacionibus.

Nach dem im Grossherzogl. Mecklenburgischen Geh. und Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen Original.

**VI.** Markgraf Johann vereignet der Gilde Unserer lieben Frauen in der Pfarrkirche zu Perleberg vier Husen Landes in Premyzlin und Glouezin, welche die von Karstedt besessen, im Jahre 1316.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Johannes dei gratia brandenborgensis et Lufatius Marchio, Recognoscendo publice profitemur, Quod Strenni famuli, Reynoldus et Reynoldus de Carstede dicti ac fratres eorundem, nostri Seruitores fideles, Quatuor mansos in villa prempzelyn fitos et duos in villa Glouezyn fitos ad altare confraternitatis sancte marie quod vulgariter vnfer vrowen Gulde dicitur in Parochiali Ecclesia parleberg situm cum omni jure rite ac rationabiliter vendiderunt. Quorum Sex mansorum proprietatem liberam damus et dedimus per puram nostram voluntatem donatione libera Ita, quod dicti Sex mansi cum omni jure et libertate dicto altari debeant perpetuo deseruire. Et dicti Reyneri ac ipsorum fratres resignauerunt omne id in nostra presencia, quod in prescriptis Sex mansis habuerunt. Huius rei Testes sunt Dominus Johannes de Quitzow, Boldewinus de Crughe et Wernerus de Stendal, Necnon alii quam plures fide digni. Actum et Datum Sandow Anno Domini Millefimo Trecentefimo Sexto decimo feria quinta ante palmas.

Nach dem Original des Perleberger Kirchenarchives.

**VII.** Reinhold und Hermann von Karstedt verkaufen der Marienbrüderschaft in Perleberg 6 Husen in Glouezyn und Prompeclin, im Jahre 1317.

Memorie sepius contrariatur obliuio, si non res geste fuerunt scriptis in testibus solidate. Hinc est quod nos Reynoldus et hermannus dicti de karstedt recognoscimus presentibus protestantes, quod rite vendidimus kalendis five Guldis sancte Marie in parlebergh VI mansos cum omni iure et iudicio infimo ac supremo, de quibus II mansi ville adiacent Glouezyn et IIII mansi adiacent ville prompeclin, quos eciam illustri principi marchioni de brandenburg resignamus ad visum praedictarum guldarum, cum omni iure et iudicio supremo et infimo veluti superius est expressum. Preterea sciendum quod de praefatis mansis ville prompeclin adiacentibus duo mansi diuisi iacent in duabus curiis ibi-